



Quæstionum, Et Resolutionum Legalium Libri Duo

Quorum Prior in duas Partes divisus, continet Resolutiones Beneficiales, Canonicas Et Regulares: Secundus Controversias Civiles determinat

Quæstionum, Et Resolutionum Legalium Libri Duo - Quorum Prior in duas Partes divisus, continet Resolutiones Beneficiales, Canonicas Et Regulares: Secundus Controversias Civiles determinat

Tonduti, Pierre François de

Lugduni, M.DC.LXXXIX.

Cap. CLIII. Repudiationem juris delati, sed non quæsitæ, validam esse in foro exteriori, etiam in præiudicium hypothecariorum; multoque magis in præiudicium fisci, demonstratur: Idque etiamsi lata ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98388](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98388)

Unde concluditur pro apertura fideicommissi reciproci in favorem Domini Joannis masculi superstitis.

36
 Er hoc potissimum locum habet, quia etiam in ultimo gradu substitutionis prohibita fuit detractio Trebellianica, ita ut deficientibus masculis, testator voluerit feminas integrè, & sine aliqua detractioe bona repetere posse ab hæredibus masculorum. Quemadmodum ergo ad totam hæreditatem minus dilectas feminas sine aliqua detractioe vocavit, ita etiam & multo fortius masculos prædilectos, & clausula illa in ultimo substitutionis gradu apposita, insinuat etiam in præcedentia, præsertim quia semper militat ratio uniformitatis dispositionis testatoris,stante identitate rationis, & prohibitio illa ultima refertur ad omnia præcedentia: *Marta de clausul. part. 3. cap. 23. num. 23.* Neque enim posset ultimus masculus restituere Trebellianicam; aut ipsa ab ejus hæredibus avocari, juxta voluntatem testatoris, nisi quatenus tota hæreditas ad illum sine aliqua detractioe pervenisset: *argum. leg. ab eo, C. de fideicommi.* & sic quando fideicommissarius fuit prohibita alienatio, quod ipsi etiam hæredi Trebellianica censeatur prohibita, tradit Manric. *de conjec. lib. 7. tit. 12. num. 21. in fin. versis sed ratio supradicta.*

Sanlegerii quest. & resol. civil. T. II. P. II.

Sed responsum fuit multos contingere posse
casus, in quibus cessante prohibitione testatoris
locus est detractioni Trebellianicæ in secundo gra-
du, veluti si vocatus in primo gradu mortuus esset
ante testatorem, aut primus gradus aliter fuisset ca-
ducus, seu propter hæredis incapacitatem, seu
alio modo. Tunc enim cum substitutus per vulga-
rem in compendiosa contentam subingrediator in
locum primò vocat, locus est detractioni Trebel-
lianicæ in ejus favorem, ut colligitur ex tradi-
tu per Petegrin. in *trac. de fideicom. art. 3. num. 5.*
¶ 6. & ideo hanc Trebellianicæ prohibitionem in
secundo gradu agnovit Menoch. de *presumpt. lib. 4.*
præf. 62. num. 6.

CAPUT CLIII.

S V M M A R I V M.

- L 2

legitima, quæ cum ipſo jure filio in bonis paternis
acquiſita videatur, magis videtur fiſco quæſita,
quàm cætera bona filii.

15 Et tamen etiam quoad legitimam, fiscum excludendum esse, quando filius ante sententiam illam repudiavit, verius est & receptius, ut copiosius probat Gratian. *discept. forens. tom. 1. cap. 27. l. 1. n. 13. & sequent.* Hodierna ad Surd. *decis. 140. num. 8.* ubi rejicit contrarium tenentes, & bene comprobatur *ibid. num. 2.* atque ita decisum testatur Theaur. *lib. 3. questio. forens. cap. 74.* eiusdemque sententia fuit Mangil. *de imput. questione 4. numero 20.* quem sequitur Merlin. *de legiti. lib. 3. tit. 2. questione 29. num. 3.* Pascal. *de pair. potest. part. 2. cap. 1. num. 174. versic. verius autem est:* Cancr. *lib. 1. var. resol. c. 2. n. 71.*

16 Ad tertiam quæstionem Respondetur, totam causam tam principalis delinquentis, quam præsentis Auxiliatoris, eam Iudice appellationis tractandam esse, vigore clausularum contentarum in rescripto commissionis dictæ causæ; cum in dicto rescripto clausula, cum annexis & connexis; cuius natura est, ut negotium principale comprehendat, per Bellamer. *decisio*. 619. quia non potest negari quin negotium principale sit de annexis causæ appellationis. Et hoc procedit

17 ¶ quamvis in rescripto non adesse clausula, cum toto negotio principali. Cassador. *decisio* 9. de caus. possell. & propriet. numero 13. Rot. *decis*. 187. numero 6. part. 2. diuers. maxime cum negari non possit, quin causa principalis delinquentis sit connexa cum causa auxiliatoris: ex notatis per Giurb. *consilio* 42. numero 7. ubi fusè probat, non posse quem teneri de auxilio, nisi plene constet de principali delinquente.

18 Imò sententia lata in fauorem principalis delinquentis, est præiudicialis causæ auxilietoris, vt notat Guaz. de defens. reor. defens. 33. cap. 10. num. 1 §. 16. & 17. Honded. consil. 98. n. 22. vol. 1.

19 Et in propriis terminis, licet dubitari possit de
mandante & mandatario, vtrum videlicet causa
vtriusque eorū eodem Iudice terminanda sit
quo casu DD. in eam videntur ire sententiam, vt
quando sunt sub eodem Principe, tota causa ad
eundem Iudicem remitti debeat, vt fuit factum
in causa *decisionis* D. à Laurentiis 114. numero 3.
& ita fieri debere tradit Guid. Pap. & ibi Ferrer.
decisione 104. Barbof. in *l. heres absens*, §. apud Labo-
nem, numero 21. & 26. ff. de iudic. Clar. §. fin. *quasi*.
38. *num. 6. in fine, versic. quia apud nos*, ubi loquitur
de mandante & mandatario constitutis sub eodem
Principe : Nell. in *tract. bannitor. in 2. p. primi tem-*
poris, quasi. 7.

20 Quidquid, inquam, sit de mandante & manda-
tario, propter diuersas DD. sententias; tamen in
auxiliatore aliud dicendum est: nempe causam
auxiliatoris, & principalis delinquentis coram
vno, eodemque Iudice tractandam esse & termi-
nandam, ne contentiua causa diuidatur, provt
vtrumque casum sic distinguit Boss. de for. comper.
numero 108. iuncto numero 109. & de auxiliatore,
quod eius causa sit connexa cum causa delicti
principalis, & coram eodem Iudice terminanda,
tradit Bald. in titul. de controuers. feud. apud pares
terminanda, cap. 1. numero 7. rationem reddens, ne
Iudiciorum diuersitas perplexitatem inducat:
quod etiam voluit las. in l. nulli, num. 3. versic. ter-
tio dicuntur causa continentes, Cod. de iudic. Menoch.
de Arbitr. cas. 549. numero 14. vbi dicit proce-
ssum agitandum esse tam contra auxiliatorem

quàm contra principalem delinquentem: Farinac.
de consuetorib. q. 131. n. 59. versicul. ubi propterea.

နတ်နတ် : နတ်နတ်နတ် နတ်နတ်နတ် နတ်နတ်နတ်နတ်နတ်နတ်နတ်

CAPUT CLIV.

De variis defectibus interuenientibus in relatione peritorum facta pro æstimatione melioramentorum. Quod in huiusmodi relatione debeat interuenire cognitio status præteriti, & cognitio deteriorationum, & illarum compensatio cum melioramentis. De æstimandis meliorationibus ædificiorum, plantationis arborum, vel vinearum, clausuræ viridariorum per muros, & de fructibus meliorationum, ad quem spectent.

S V M M A R I V M.

- 1 Relatio peritorum super valore presentis temporis meliorationum non subsistit, nisi periti fuerint informati de statu antiquo.
- 2 Augmentum fructuum non potest probari, nisi consistat de illorum valore de tempore gratia, seu concessionis.
- 3 Quando probandum est valor presentis auctus, debet articulari & probari valor prateritum.
- 4 Donatis fundis, censetur quoque donata melioramentis tempore donationis existentia, tamquam pars bonorum donatorum.
- 5 Donator tenetur indistincte de extinctione, sine donatio incepta à promissione, siue à traditione, quando facta fuit ex causa onerosa.
- 6 Tempus determinatum debet probari ab eo, cuius illud est fundamentum intentionis.
- 7 Liquidatio melioramentorum non valet, nisi fiat compensatio illorum cum deteriorationibus.
- 8 Ampliatur, etiamsi deterioratio facta fuerit in re diversa.
- 9 Alienationes debent imputari in detractiones, si id petatur.
- 10 Vsfufructuarius rescire debet, sed non edificare, quia non potest statum rei mutare.
- 11 Quando minus est impensum, quam melioratum, id quod minus est, restitui debet.
- 12 Estimatio meliorationum fieri debet habita ratione ad tempus presentis.
- 13 Expensa facta in plantatione arborum, non sunt tales quæ perpetuam fundi utilitatem concernant.
- 14 In estimatione meliorationis facta per plantationem vinearum debet haberi respectus ad tempus, quo plantans illarum fructibus usus est, & vinea in valore sunt diminuta.
- 15 In estimatione melioratione plantationis arborum, non debet illorum fieri estimatio quantum nunc valent, sed solum expensa plantationis & educationis inflicti debet.
- 16 Expensa clausura viridarum per muros numeratur inter voluptarias.
- 17 Possessor solus fructus, quos ex meliorationibus per eum factis percepit.

MOT A lite inter liberos super liquidatione
diversarum meliorationum factarum per
matrem donatricem, & usufructuariam bonorum
donatorum, ad instantiam hæredum matris contra
donatarios; discipatur de iustitia cuiusdam rela-
tionis